

in Svecia nunc currentis mutuo recepisse pro quibus dicto Domino Eringisloni bona mea silicet vnam marcā terre in Frødatorph parochie Vikby in nericia, et quinque attungos terre in Akatorph Parochie rugbiergum que de ipso Domino Eringisloni pro bonis in Skialfby Parochie øzma legali mutacionis titulo conquisiui racione pignoris assignaui, sub hac forma, quod si pecunie summa prenotata infra epiphaniā Domini proximam et [æ:est] soluta dicta bona in Frødatorph et Akatorph mihi et meis heredibus cedere debent, sin autem ablata mihi et heredibus meis quomodolibet redempcionis et reuocacionis facultate illa bona ipsius Domini Eringislonis possessioni irreuocabiliter assigno transferens in ipsum et suos heredes plenum proprietatis ius sepedicta bona mutandi, vendendi et qualitercunque voluerit ordinandi. Ad maiorem autem huius facti euidenciam vna cum sigillo meo sigillis nobilium militum dominorum Anundi Sture et Karoli Benedixson presentes facio consignari. Scriptum Arosie Anno Domini M^o. CCC. XXX. primo, in tertia feria proxima octaue natiuitatis beate virginis.

Enligt teckningen hafva 2:ne adliga sigill, det ena Anund Stures (3 sjöblad) funnits qvar.

2883.

1331 d. 21 Sept.

Djupvik.

HEMMING GREGERSSON, ESKIL ESKILSSON och GERTRUD JOHANSDOTTER medgifva Biskop Bengt i Åbo rättighet, att fritt disponera sina fäderne- och moderne-gods i Lahdingo i Wemo socken.

Registr. Eccl. Aboens. chart. fol. 107.

Vniuersis presentes litteras inspecturis HEMINGUS GREGERSSON ESKILLUS ESKILLI et GERTRUDIS IOANSDOTTER Salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi nos venerabili patri domino benedicto dei gracia Episcopo aboensi assensum et consensum nostrum omnimodum contulisse super bonis suis patrimonialibus necnon et matrimonialibus jn ledhwngē eadem pro libitu suo vendendi commutandi seu quocumque modo sibi placuerit ordinandi firmum et ratum statuentes et habere volentes quod nec aliquis nostrum nec heredum nostrorum in posterum qualitercunque idem dominus reuerendus de predictis bonis ordinauerit, eadem impediāt inpetat vel perturbat Jn cuius rei testimonium sigilla nostra videlicet hemingi et eskilli vna cum sigillo iohannis langæmāx pro filia sua gertrude presentibus sunt appensa Actum in Diupuuich Anno domini M^o CCC^o XXX^o primo circa sancti mathei apostoli et ewangeliste etcetera.

Öfverskrift: Super bonis jn ledhwngi (omskrifvet: ladhqungi) jn Wemo.